

quasi serie duraverit. Augebat et corporis in beato defuncto decoramentum erecta corporis
quae gaudebat statura, nec non frons aperta, quae et ipsa bonam imò optumam pollicebatur mentis
Animi siquidem imago vultus et bona indolis, indices oculi perhibentur esse, quodq; Cassiodorus tradit
anima nostra per vultum proditur. Ne dicam, quod haec ipsa exterior corporis venustas futura
quoq; auctoritatis fuerit index, quae in utraq; et Ecclesiastica et Scholastica sparta o maxime
noster polluit. Decoramentis corporis animae iam adjuicio decoramenta nempe virtutes, virium
poris gubernatrices beato nostro Davidi, tanquam verè Electo Dei, à Deotanto quidem cumulo
caste, ut ne quidem à Excellentissimo Romuli Nepotum sat dignè deprecari possent. Subsistite quae
sede paulisper, o Magni in cluta Injur urbis Praeeres, Subsistite vos reliqui Auditores lectissimi
et ad mentem vestram paulo altius mecum revocate beatissimi nostri Veneri virtutes. Praemina
autem inter eas Regina nra Scientia, Scientia, rerum divinarum humanarumq; variarum Artium
atq; disciplinarum Scientia, quam Optumus Vir acquisiverat cum cura ipsius Domini Laurentii, tum
secuta cultura sub dexterrimorum Praeceptorum à in Patria Schola à in Gotlicensi hoc Gymnasio
Xenodochio. Nec parum in Scholis acquiescentem variarum rerum scientiam confirmaverat
Ferat in duabus celeberrimis Academiis, Francofurtana scilicet et Alma Leucorea, utpote in quas à Got
licensi Gymnasio post biennium ibidem exactum cursus studiorum suorum perficendi gratia excurrerat
in hac per annum, in illa per biennium commoratur. Accedit haec peregrinarum terrarum perustratio
Is siquidem ad perlustrandum quoq; praecipua loca Germaniae, Belgii, ipsiq; à nobis dissociatae Angliae
excurrebat ut videret, audiret, disceretq; scitu necessaria, quae à nulla discuntur disciplina. Morat
utiq; Ulysses, qui orbem terrarum pervagatus multorum Dominum mores viderat à Urbes, ad Sum
mum Sapientiae fastigium pervenisse. Habebat adminicula extrinseca, quibus ad tantam scientiam Be
atus noster Venerus pervenerat. Transeo ad interna: quibus à Praeceptoribus propositam doctri
nam avidissime facillime arripuit. Lollebat sane admirabili ingenii acumine et facultate, res propo
sitas, auditas, visas, à lectas facile intelligendi, tollebat et praecellenti memoria, quae res perceptas be
ne custodire à necessitate ita postulante in medium proferre poterat. Imprimis erat ipsi ab incunite co
tate stupendum desiderium interdies discendi plura et excellentiora. Atq; hoc mirum dictu in extremam
usq; senectutem viguisse vidimus omnes, vidimus singuli. Felicitatis vera fontem ut sublimi illi Phi
losopho Apici Platonis ^{Scientia} ~~Scientia~~ et, et qua piissimus Venerus noster miris modis ex affe polluit
excipit Prudentia, ^{Scientia} ~~Scientia~~ ^{Prudentia} ~~Prudentia~~, quo contemplantur praeterita, praevidebat
futura sua schola vel Ecclesiae etiam olim utilia, vel inutilia, comoda vel minus comoda. Quo quidem
oculo singulari gratia Dei potitus fuerat noster navo nrys Argus à tergo et fronte optime ocula
tus. Acquisiverat sibi haec sibi eundem à variorum auctororum lectione, tum è propria vita sua et ali
orum experientia, quae utraq; quidem vera comparari solet Prudentia, optima illa in dubiis rebus
conjectio, eorum item, quae optima, optima selectio. Id quod apud Procopium Bellisaris Dux Prae
tissimus testatum est, quando affirmat: Multorum bellorum experientiam illud sibi dedisse, ut dubiis in
rebus futura conicere et deliberando seligere potiora posset. Virtutum omnium mater dicitur sequitur:
reli quarum virtutum omnium mater, quae inter alia animae decoramenta Beatus noster David
erat condecoratus: hanc, hanc unice excolabatur, quam ex ipsa veluti fonte quodam omnes

virtutes